

DE AVTHORE ET  
VTILITATE Psalmorū  
Oratio.

ET SI NOVVM VOBIS  
videri possit, auspiciari orationē si-  
cut poëma aliquod a diuini numinis in-  
uocatione. Nam Vates, & sacri, & pro-  
phani, cū in tractatione grauis ac diffi-  
cilis argumēti versantur, plerūq; solent  
ab inuocatione ordiri. Tamen haud in-  
decorū mihi pro mea professione, quæ  
est de doctrina Religionis nostræ, arbi-  
tratus sum, hoc pium & honestissimum  
Poëtarū exemplū imitari, cū sacri Va-  
tis Dauidis, coeleste poëma vobis com-  
mendare constituerim. Paulus. n. cum  
suos hortatur Collosen. ad studiū psal-  
morū addit de inuocatione p̄ceptū In-  
quiens, & omne quodcūq; facitis in no-  
mine Dñi nr̄i Iesu Chri facite, haud du-  
bie significans pios sentire & agnoscere

A ij debe